



**Biblioteca estense universitaria**

Largo S. Agostino 337

I-41121 Modena MO

Tel ++39 + 59 222248

Fax ++39 +59 230195

b-este@beniculturali.it

[bibliotecaestense.beniculturali.it](http://bibliotecaestense.beniculturali.it)

gamma.z.5.11

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI <BOLOGNA>

Diploma di laurea di Cesare Oldrovandi da Sabbioneta

Ms., 1610

Img: BEU, 2014



**Terms of use**

Using texts and images of the Estense Library is free - within the CC license terms - only for personal, private and non commercial use.

In the case of a non commercial, public use, their source must be cited, linking to the homepage of this site.

For any different purposes, or for getting higher resolution images, please follow the guidelines in the Reproductions page of the website, and/or write to b-este.erp@beniculturali.it.

**Creative Commons License**

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs 3.0 Italy License

<http://creativecommons.org/licenses/by-nc-nd/3.0/it/deed.en>

-ESTENSE · DI -

NA

598



X. Z. 5, 11



APP

598

I





XPI NOMINE  
IN  
AMÉ



GLORIOSA  
STUDIORVM  
MATER  
BONONIA  
QUE INTER ALIAS ITALIAE  
CIVITATES CELEBERRIMA  
PER SACRATISSIMVM ROMA  
NORVM IMPERATO  
rem Theodosium Sancti Petronij eiusdē  
CIVITATIS EPISCOPI



præcibus generali omnium scientiarum studio fuit.  
accedit atq; singularibus Priuilegijs sublimata,  
ad hoc interueniente consensu, et auctoritate Sanctiss.  
in Xpo patris, et D. N. D. Coelestini P.P. primi,  
sub anno a nativitate D. N. IESV XPI Quadrin-  
gentesimo, vigesimo tertio, ac deinde anno a Christi  
natali, Millesimo, Quingentesimo Trigesimo, Caro-  
li Quinti Cæsari Augousti Imperatoris, auctorita-  
te nutu, ac propensissima, (cum in ipsam Vrbem in-  
qua Imperij Diadema a Clemente Septimo Pont:  
Max. acceperat) voluntate, tum admirabili bene-  
uolentiæ testificatione in Doctores Pontificij, Cæsa-  
reijs iuris, nec non Philosophiae, Medicinæ, ac omni-  
um liberalium, artium, et facultatum omnibus pris-  
tinis ornamentis approbatis, et confirmatis maiori-  
bus, ac penè quouis voto amplioribus muneribus,  
ac Priuilegijs, Quæ pro sua summa liberalitate eis-

dem.

dem Sacris Collegijs, Doctoribusq; ibi creandis, ac  
vniuerso Gymnasio Bononiensi detulit, et concessit  
honestata, Cuius etiam in toto terrarum Orbis cene-  
randa famosissima, et antiquissima Clarissimorū  
D.D. Doctorum auctoritas sydereis splendoribus  
obtinet principatum, illos duntaxat ad publicam  
et eminentem Cathedram, supræmiq; Doctoratus  
et Magisterij splendiidissimam dignitatem subli-  
mat, erigit, et extollit, quos longo exercitio, labore,  
studio, disciplinaq; ingenio, summis vigilijs om-  
ni deniq; conatu, et nixu, spræcis, relictisq; mundi  
delitijs, se se Doctrinæ penitus dantes ipsas sacras,  
et penè diuinas liberales Artes et Sacram Philoso-  
phiam, ac Medicinam scientias, adeptos maximis  
laudibus, ac verissimis testimonij accurate repe-  
rit probatissimos. Et quos certamen generalis exa-  
minis digne ad id promouet per concurrentem Vir-

tutum copiam meritorumqz excellentiam; ita ut  
taliter promouendi apud vniuersos <sup>m<sup>st</sup></sup> Ill. et Ex<sup>m<sup>st</sup></sup>. Secu-  
li Principes, prudentissimosqz rerum publicarum  
Moderatores pro eorum assistentia, ad instituendas  
bonis, et honestis moribus Ciuitatis, nec non ad  
sananda infirmorum corpora, sanaqz con-  
seruanda, ceteris hominum generi-  
bus, etiam eiusdem ordinis sin-  
gularibus Priuilegijs prae-  
rogatiuis laudibus, honoribus, ac dignitatum  
culmine meritissime ( id quod omnium  
rerum pretiosissima virtus  
expostulat) veniant  
preferendi.

V M I T A Q V E  
I L L V S T R I S  
D O M I N V S  
C E S A R O L D R O V A D V S  
S A B L O N E T A N V S

Vir scientia praelatus, moribus modestus, atqz omni  
Doctrina praeitus. Qui sua florente etate in Celeber-  
rimo Bononiensi studio, ac alibi assiduis exercitatus  
Vigilijs lib: art: et Sacrae Philosophiae, solicitam, et cu-  
riosam operam iugiter impendit, et nauavit, atqz actus  
scholasticos, tam publice, quam priuatim gessit, confer-  
do, arguendo, respondendo, et disputando, fuerit legitime  
praesentatus, Ill. ac Generoso Viro, in utraqz censura  
Doctori Ex<sup>m</sup>. Equiti aurato et Comiti D. CAMILLO  
BALDO Vicario in hac parte Perill: ac R<sup>m</sup>. D. D.  
Rodulphi Palaeotti Nobilis Bonon: Sacrae Theologiae  
Doctoris Collegiati, Prothonotarij Aplici: Metropoly-

rae Eccliae Bonon: Archidiaconi, totiusqz Almi,  
Eloquentissimi Gymnasi Bonon: maioris Cancella-  
rij meritissimi, per Ill<sup>eg</sup>. ac Generosos Viros in cotta-  
qz censura Doctores Excellentissimos Equites auratos  
& Comites splendidissimos. D. vincislaum  
Sazzarum. D. flaminium Pappazzon-  
num. D. Antonium Caetarium.

Omnes Ciues Nobilesqz Bononienses honorandissim<sup>e</sup>  
examinandus et approbandus in Philosophia, et ob i-  
hoc se subiecerit arduo, ac tremendo examini priua-  
to omnium. D.D. Doctorum Almi Collegij Philosoph.  
Ciuitatis Bonon: in quo quidem examine dictus. D.  
Cæsar puncta sibi assignata, miro ordine recitan-  
do, argumentisqz acutè, et subtiliter non tam Scholas-  
tico, quam Doctoreo; quidem more respondendo, adeo  
docte, et bene se gessit, ac ita et taliter se habuit, quod i-  
fiuit ab omnibus dicti Almi Collegij Doctoribus in

in Philosophia, idoneus atqz sufficiens habitus, tent.  
& reputatus, et ob id ab eis in dicta Philosophia una-  
nimitate concorditer, ac nemine PENITVS Penitusqz  
discrepante Iure et benemerito approbatus. Moxqz i-  
fuerit idem. D. Cesar pereosdem Dominis. Promo-  
tores præfato Ill. D. Vicario etiam præsentatus, pro-  
pter Doctoratus gradum in prædicta facultate, as-  
sumendum. Id circa præfatus Ill. D. Vicarius, con-  
sideratis scientia, moribus, virtutibus, dexteritate,  
ac singulari honestate, quibus eumdem. D. Cesare  
Altissimus, et omnipotens Illustrauit, pro ut in di-  
ctis suis examinibus, mirifice demonstrauit aucto-  
ritate eiusdem Vicariatus officij eidem in hac par-  
te concessa a præfato Perill<sup>e</sup> ac R<sup>m</sup>: D. Archidiaco-  
no, nec non consilio, et assensu omnium D.D. Docto-  
rum præfati Collegij Philosophiae ibidem existen-  
tium, et prævio processu, et debita informatione su-

per Religionem et Fide Catholica de dicto. D. CESARE  
rite, et legitime facta, adhibitisq; testibus fide dignis de super receptis, et examinatis factaq; per eundem  
palam solemni professione, et Voto de Fide Catholica  
verbis formalibus, et praeclisis contentis in Bulla,  
ac litteris Aplicis: felicis mem: PII Papae Quarti  
expeditis, sub Datum Romae Idibus Novembri  
Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quarto, pre-  
missaq; declaratione, et pronuntia facta de eodem in  
Christianum fidelem, et Catholicum, ac obseruatis  
omnibus alijs de quibus in dicta Bulla pro ut la-  
tius constat Instrumentum Rogatum per D. Bar-  
tholomeum Albertinum Notarium ad praedicta de-  
putatum, praestitoq; eidem iuramento, ab eodem re-  
cepto. D. Priori Collegij Medicinae rogato per pre-  
fatum Notarium, cum presentia duorum testium  
de obseruandis Capitulis contentis in constitutione

#

per DD. Medicos obseruanda fel: recordationis.  
PII Papae Quinti, praesertim primo, secundo, quar-  
to, quinto, et Sexto Capitulis, ut latius apparet in  
praedicta Constitutione, publicata in Alma Urbe  
sub Die undecima Martij M.D.LXVI. Bonon:  
autem sub Die XXVII. eiusdem Mensis.

**E** V M D E M ILLV S T R E M  
D O M I N V M C E S A R E M  
O L D R O V A N D V M

sibi praesentatum dixit, pronunciauit Doctorem  
in Philosophia constituit, fecit, atq; creauit, Dans  
atq; tradens ipsi tanquam habili, et idoneo licentia  
plenissimam, liberam, et omnimodam auctoritatem,  
facultatem, et potestatem de cætro, et in futurum in  
dicta facultate Philosophiae, legendi, glosandi, do-  
cendi, interpretandi, et Magistralem Cathedram  
ascendendi; ceterosq; omnes, et singulos actus Do-

ctores publice et priuatim exercendi, Bonon: &  
vbiqz locorum et terrarum presentium tenore, Et  
illio vt idem. D. CESAR possessionem huiusmodi  
Doctoratus ab omnibus posterum noscatur adept:  
prefatus. D. Flaminij Pappazz<sup>r</sup> suo nomine ac  
vice, et nominibus prefatorum. Ex. Domini  
Vincislai Sazari. Ex. Domini Antonij  
Cartarij. ipsiusqz Ex. D. Flaminij Pappazz<sup>r</sup>  
Compromotorum in dicta Philosophia insignia,  
ipsius Doctoratus eidem. D. CESARE vt sua ter-  
sa lucilla, ac erudita oratione petyt, hac forma  
tradidit, Nam primo librum Philosophiae clausu  
mox et apertum eidem in manibus prebuit, Se-  
cundo Birretum, seu Diadema Doctorale capit<sup>i</sup>  
ipsius. D. Cesaris imposuit, Ipsumqz tertio an-  
nulo aureo, nomine ipsius scientie desponsauit  
sibi pacis osculum magistrali cum benedictione<sup>fcc</sup>


foeliciter exhibendo, vt idem Ill<sup>e</sup>. D. CESAR  
Oldrouad<sup>r</sup> Doctor egregius, sic laureatus et insigni-  
tus, foelici coronetur in patria pereum qui trinus &  
vnus regnat Deus per infinita seculorum secula &  
gloriosus. Mandans dictus Ill<sup>e</sup>. D. Camillus Bald<sup>r</sup>  
Vicarius antedictus mihi Notario infrascripto, ac  
prefatus Ill<sup>e</sup>. D. Cesare Oldrouand<sup>r</sup> Doctor Exellen-  
tissimus, et virtutibus ornatus, Rogans me Nota-  
rium infrascriptum vt de predictis omnibus publi-  
cum in Priuilegij forma conficiam instrumentum  
muniendum, authentico, solito, et ad hoc deputato &  
Sigillo prefati Perilli ac R<sup>m</sup>. D. Archidiaconi pen-  
dente. Datum et actum Bononiæ in Mansione &  
solita supra Porticum Eccliae Metropolitanæ die  
xxvij. Martij, sub anno a nativitate Domini  
Millesimo Sexcenterimo Decimo, Indictione Octa-  
ua, Pontificatus S. D. N. D. PAULI Quinti,


Divina prouidentia Pont: Max: anno Quinto  
Præsentibus. Ill<sup>o</sup> D. OCTAVIO Messerotto.  
Ill<sup>o</sup> D. ALOYSIO Messerotto. Sablonetanus.  
Ill<sup>o</sup> D. BARTHOLOMEO Ambrosino Bonon:  
Et alijs quam plurimis Viris testibus, omnibus ad  
prædicta vocatis atq<sup>z</sup> Rogatis.

Produsus Talgottus Archid<sup>d</sup>  
Bonon: ex Troch<sup>s</sup> Aplici  
Antiusq<sup>s</sup> Gymnasij Bonon:  
maioris Cancellarius.

Li<sup>o</sup> Igo Joannes Basile quon<sup>m</sup> Dni<sup>m</sup> Anni:  
Salis Rusticelli ciu<sup>s</sup>, et noto<sup>m</sup> publicus  
Bonon: et Apulia, et Imperiali auct<sup>m</sup>bus,  
prefatq<sup>s</sup> Perit. et R<sup>m</sup> Dni<sup>m</sup> d. Ardi-

diaconi, et maioris Cancellarij Scriba  
Spati deputatus, quia premisis interfui,  
et ab illis rogatus extuli. Ideo hoc p<sup>r</sup>is  
publicum in priuilegi<sup>m</sup> forma aliena  
manu fidei scriptum instru<sup>m</sup> subscrivi,  
et subsignavi rog: et n<sup>m</sup> li:





N CHRISTINOMINE

IN CHRISTI NOME AMEN



LORIOSA Studiorum  
Mater Bononia, quæ in-  
ter alias Italie Ciuitates  
celeberrima, per sacratissi-  
mum Romanorum Im-  
peratorem Theodosium,  
Sancti Petronij eiusdem  
Ciuitatis episcopi præcibus generali omnium sci-  
tiarum studio fuit decorata, atque singularibus  
Priuilegijs sublimata, ad hoc interueniente con-  
su, & auctoritate Sanctissimi in xpo pris et Dni

Nostris Domini Coelestini pp. primi sub anno à  
Natiuitate Dni Nostris Iesu xpī, Quadragesimo  
vigesimo tertio, ac deinde anno a xpī Natali  
Millesimo, quingentesimo, trigesimo Caroli Quin-  
ti Cæsaris Augusti Imperatoris auctoritate nutu,  
ac propensissima, cum in ipsam urbem in qua Im-  
periū Diadema à Clemente Septimo Pontifice  
Maximo, acceperat voluntate tum admirabili be-  
nevolentiæ testificatione in Doctores Pontificij,  
Cæsareique Juris, nec non philosophicæ, medicinæ,  
ac omnium liberalium artium, et facultatum om-  
nibus pristinis ornamentis approbatis, et confir-  
matis maioribus, ac pene quouis voto ampliorib.  
muneribus ac priuilegijs, quæ pro sua summa libe-  
ralitate eisdem sacris Collegijs Doctoribusqz ibi  
creandis, ac vniuerso Gymnasio Bononiensi de-  
tulit, et concessit honestata; cuius etiam in toto

terrarum orbe veneranda famosissima, et antiquissi-  
ma Clarissimorum Dominorum Doctorum aucto-  
ritas sydereis splendoribus obtinet principatum illos  
duntaxat ad publicam, et eminentem Cathedram  
supremique Doctoratus, et Magisterij splendidis-  
simam dignitatem sublimat, erigit et extollit, quos  
longo exercitio, labore, studio, disciplina, ingenioqz,  
summis vigilijs omni denique conatu, ac nixu, sp-  
retis relictisqz mundi delitijs se se doctrine penit-  
dantes ipsas sacras, et pene diuinæ liberales artes,  
& sacram philosophiam, ac medicinam scientias, az-  
deptos laudibus maximis, ac verissimis testimoni-  
is accurate reperit probatissimos, et quos certamen  
generalis examinis digne ad id promouet per co-  
currentem virtutum copiam, meritorumqz ex-  
cellentiam, ita ut taliter promouendi apud uni-  
uersos Illustriissimos, et excellentissimos Seculi

Principes prudentissimosqz Rerum publicarum mode-  
ratores, pro eorum assistentia, ad instituendas bonis,  
& honestis moribus Ciuitates, nec non ad sananda  
infirmorum Corpora; sanaque conseruanda: Coe-  
teris hominum generibus etiam eiusdem ordinis sin-  
gularibus priuilegijs, prærogatiuis, laudibus, hono-  
ribus, ac dignitatum culmine' meritissime qd quod  
omnium rerum præciosissima virtus expostulat  
veniant preferendi.



VM ITAQ ILLVSTR.  
D.CÆSAR OLDROZ  
VANDVS Sablonetanus.  
Vir scientia præclarus in:  
genioque' acutissimus, mo-  
ribus modestus, atqz omni doctrina præditus. Qvi  
sua florente' etate' in celeberrimo Bononiensi studio,  
ac alibi assiduis exercitatus vigilijs liberalibus artib'

& sacre' Medicinæ' solicitam et curiosam operam iu-  
giter impendit, ac nauauit, et actus scolasticos tam pu-  
blice' quam priuatim gressit conferendo, arguendo, res-  
pondendo, et disputando in sacra Medicina fuerit le-  
gitime presentatus Illustri ac generoso viro liberali-  
um artium, et sacre' philosophiae' ac medicinæ' Doc-  
tri excellētissimo e'quiti aurato ac Comiti Domino  
Camillo Baldo, ciui ac nobili Bononiensi hono-  
randissimo vicario in hac parte' Perillustris ac Reuer-  
Domini Dñi Rodulphi Paleotti Prothonotarij Apo-  
stolici sacre' Theologiæ' Doctoris Collegiati Metro-  
politanæ' ecclesiæ' Bononiensis Archidiaconi, nec non  
almi ac florentissimi Gymnasi Bononien: maioris  
Cancellarij meritissimi Perillustres ac generosos vi-  
ros liberalium artium, et sacre' philosophiae' ac Medici-  
ne' Doctores excellētissimos e'quites auratos, ac Co-  
mites D. Flaminium Pappazzonum, D. Jo: Petrum

Sementium. Dominum Antonium Cartarium.

Omnis ciues nobilisq; Bononienses honorandissimos examinandus, et approbandus in liberalibus artibus & sacra Medicina, et ob hoc se subiecerit, arduo rigoroso, ac tremendo examini priuato omnium Dominorum Doctorum liberalium artium, et Sacre Medicinae Ciuitatis Bononiæ, In quo quidem examine dictus Illust. Dns Cesar, puncta sibi assignata micro ordine recitando, et argumentis acute, et subtiliter non tam scolaſtico, quam Doctoreo, quidem more respondendo, adeo docte, et bene se gessit, ac ita, et taliter se habuit ut fuerit ab omnibus dicti alii Collegij liberalium Artium, et Sacre Medicinae Doctoribus in liberalibus Artibus, et sacra Medicina, idoneus, atque sufficiens habitus, tentus et reputatus, et ob id ab eis in dictis liberalibus Artibus & sacra Medicina, vñanimiter, laudabiliter, concor-

diter pari voto, ac Nemine PENITVS PENIT<sup>s</sup>. Q. Discrepante Jure, et benemerito approbatus. Moxq; fuerit idem Ill. Dns Cesar, per eosdem Dominos Promotores prefato Illustri & Excellentissimo Dño Vicario etiam presentatus propter Doctoratus, & Magisterij gradum in predicta facultate et scientia assumendum. Idcirco prefatus Illustris, et excellentissimus Dns Vicarius antedictus, consideratis scientiis, moribus, virtutibus, Nobilitate, dexteritate, ac singulari honestate, quibus eundem Illust. D. Cesarem Altissimus et Omnipotens illustrauit, pro ut in dictis suis examinibus mirifice demonstrauit auctoritate eiusdem vicariatus officij eidem in hac parte concessa à prefato Perillustri & Reuerendissimo Dño Archidiacono, nec non consilio, et assensu omnium Dominorum Doctorum prefatorum Collegiorum ibidem existentium, et prœvio processu, &

debita informatione super religione et fide catholica de  
dicto Illust. D. Cæsare rite et legitime habita adhibi-  
tisque testibus fide dignis desuper receptis et examinatis,  
factagz per eundem palam solemni professione, & voto  
de fide catholica verbis formalibus, et precisis contentis  
in Bulla ac Literis Apostolicis à Sanctiss. Domino N.  
Dno Pio PP. IV. expeditis sub Datum Romæ idz-  
bus Nouembri millesimo, quingentesimo, sexagesimo  
quarto: præmissaque declaratione, et pronuntia facta  
de eodem in christianum fidelem, et catholicum, ac  
obseruatis omnibus alijs de quibus in dicta Bulla pro  
ut latius constat instrumentum publicum rogatu, per  
Dominum Bartholomeum de' Albertinis Ciuem Bon.  
& Notarium dicti Collegij. Præstitoque eidem solito  
Juramento ab eodem recepto Dno Priori Collegij Me-  
dicinæ rogato per prefatum Notarium cum presentia  
duorum Testium de obseruandis Capitulis contentis

in Constitutione per DD. Medicos obseruanda fel: rec:  
Pij pp. V. presertim, primo, secundo, quarto, quinto, &  
sesto, Capitulis, ut latius apparet in predicta Constitu-  
tione promulgata, et publicata in Alma Urbe sub Die  
xj. Mensis Martij millelmo, quingentesimo, sexagesi-  
mo sexto; Bononiæ autem publicata sub Die xxvij.  
eiusdem Mensis Martij eundem Ill. D. Cæsarem,  
sibi presentatum dixit et pronuntiavit Doctorem in  
liberalibus artibus, et sacra Medicina, constituitque  
fecit, atque creauit, dans, atqz tradens ipsi tanquam  
habili sufficienti et idoneo, ad habendum tractandum,  
& exercendum officium honorem, et dignitatem Do-  
ctoratus & Magisterij in Liberalibus Artibus, et sa-  
cra Medicina licentiam plenissimam, ac liberam, &  
omnimodam auctoritatem, facultatem, et potestatem,  
de coetero, et in futurum in dicta facultate et scientia,  
legendi, glossandi, docendi interpretandi, arguendi,

terminandi, decidendi, medendi, consulendi, et Magistralem Cathedram ascendendi; coeterosqz omnes & singulos actus Doctoreos publice' et priuatim exercendi Bononice, et ubique locorum, et terrarum presentium tenore, et illico ut idem Illust. D. CÆSAR possessionem huiusmodi Doctoratus & magisterij ab omnibus in posterum noscatur adeptus prefatus; Dñs Flaminius Pappazzoni suo nomine, ac vice' et nominibus prefatorum Illustrium & excellentissimorum Dominorum Joannis Petri Sementij; Domini Antonij Cartarij, ipsius excellentiss. D. Flaminij Pappazzonij. Compromotorum in liberalibus Artibus, et sacra Medicina Insignia, ipsius Doctoratus eidem Illust. Domino Cæsare, ut sua terfa luculenta, eleganti, ac erudita Oratione petiit hac forma tradidit. Nam primo libros liberalium artium & sacre Medicinæ clausos, mox,

& apertos in manibus eidem præbuit; Secundo Biratum, seu Diadema Doctorale capiti eiusdem Ill. Dñi CÆSARIS imposuit ipsumqz; Tertio anulo aureo nomine predicta scientia desponsauit, ac tandem sibi pacis osculum Magistrali cum benedictione foeliciter exhibendo ut idem Illustris Dñs Cæsar, Doctor eximus sic Laureatus, et Insignitus foelici coronetur in patria, per eum qui trinus, & unus regnat Deus per infinita saeculorum saecula gloriosus. Mandans dictus Illustris, & excellentissimus Dñs Vicarius antedictus mihi Notario infrascripto, ac prefatus Illust. Dñs Cæsar Doctor excellentissimus, & virtutibus ornatus. Rogans me' Notarium predictum et infrascriptū ut de predictis omnibus publicum in Privilegijs forma conficiam Instrumentum muniendum, authentico, solito, consueto, et ad hoc deputato præfati

Per illustris ac Reuerendissimi Dni Archidiaconi  
Sigillo pendente? Datum, & Actum Bononiæ in  
Mansione noua supra porticum ecclesie Metropo-  
litanae Die' xv. Mensis Aprilis, sub Anno à Nati-  
uitate D.N. IESÙ CHRISTI Millesimo, sexcente-  
simo decimo, Indictione octaua; Pontificatus Sanc-  
tissimi Domini Nostri D.PAVLI Diuina proui-  
dencia Papæ V. Anno Quinto. —

Presentibus ibidem Illd. Dominico Ruggero  
Jur. vtr. Doc. Sablonetano Illd. Maximil. Zauona  
Rauenatensi, ac Illd. Dionysio Arenghio  
Belga, Testibus omnibus ad predicta omnia adhi-  
bitis vocatis atque rogatis et alijs quamplurimis vi-  
ris. —

modulus tal' otus Archivij  
Bononiæ et Troch' Aplicay,  
vtiusq' Gymnasij Bononiæ  
maior Cancellarius.

Et ego Ioannes baptista quoniam Dni  
Annibalis Rusticelli ciuis, et notarii  
publicus Bononiæ, et Aplicæ, et Im-  
periali auctabilius, prefatq' Peititi  
et Illd. Dni D. Archidiaconi, et  
maioris Cancellarij Scriba Spatu de-  
putatus, quia premisis interfui  
et de illis rogatus exhihi, Ideo hoc  
presentis publicum in privilegijs

forma aliena manu fidei tr. scriptum  
instrum. subscripti, et subsignans  
rog. et m<sup>o</sup>. h. 



and very  
much



R. BIBLIOTECA-

-MO